


Ostreichs Libri veterisimi Consilio  
sionum (1768)





D. IO. CAROL. CONR. OELRICHS

COMIT. PALAT. CAESAREI. IVR. NAT. CIVIL. ET HIST. IVR. LITT. PROF. ORD. IN. REGIOMONTI. FRANCOFVRGI  
ACAD. GYMNASIO. PALAEO-STETIN. REGIIS. BONAR. ART. SOCIETATIBVS. REGIOMONTI. FRANCOFVRGI  
AD. VIADRVM. GRYPHISVVALD. ET. GOTTING. NEC. NON. ELECTORALI. MOGVNT. ACAD  
SCIENTIAR. VTL. SOCIETATIBVSQVE. DVCALI. HELMSTAD. ITEMQVE. BREMENSI  
TEVTONICIS. ET. LATINAЕ. IENENSI. ADSCRIPTI

LIBRI. VETVSTISSIMI. RARISSIMIQVE

# CONSTITUTIONVM. ET. STATUTORVM REGNI. POLONIAE

IN

BIBLIOTHECA. SVA. EXSTANTIS

PRESSA. RECENSIO

QVA

CELEBERRIMO

# GYMNASIO. THORVNENSI

A. c1668. INSTAVRATO. A. VERO. c1694. AMPLIFICATO

MEMORIAM. PRIMAE. INSTAVRATIONIS. BIS. SAECVLAREM

GRATVLATVR

EIQLVE. PERENNEM. FLOREM. ET. BLANDA. PRAESENTI. RERVM. FACIE

ANTIQUISSIMARVM. IPSIVS. POSSESSIONVM

RESTITUTIONEM

RESTITUTARVMQVE. AETERNITATEM

EX. ANIMO. PRECATVR

TOTI. VERO. POLONIAE

ID. MOX. EVENIRE. ARDENTER. CVPIT

QVOD. DE. SVA. AETATE. OLIM. CECINIT. HORATIVS

Iam fides, et pax, et honor, pudorque

Priscus, et neglecta redire virtus

Audet, apparetque beata pleno

Copia cornu.

PALAEO - STETINI

APVD. GEORG. MATTH. DREVENSTAEDT. c1668



XVIII. 2. 581.



Rarissimum pariter atque pretiosissimum typographiae, ut videtur, *Cracouianae*<sup>1)</sup> certe est monumentum liber, in ipsa Polonia coruo albo rario, <sup>2)</sup> inscriptionis loco, imaginem in folii primi prima parte habens, rudi manu, ligno exsculptam, in eaque regem coronatum sedentem, sceptrumque manu tenentem, adstantibus duobus aliis viris, apertum ipsi librum offerentibus, in inferiori denique imaginis angulo, ad latus sinistrum, Poloniae insigne repraesentans: in altera vero eiusdem folii parte hanc p[ro]fe ferens inscriptionem:

— *Constitutiones et statuta vel Sintagmata provincialia incliti regni polonie per serenissimum principem et dominum Dominum Kazimirum primum polonie regem: magnum ducem litwanie: russie: prussie que dominum et heredem v[er]o. Edita et promulgata cuius profecto: multiplex et varia atque recondita et altissima eruditio in maximisque pacis et belli negotijs exercitatio Tum veropro conditione et statu hominum vicia corripienti Qui que terras tumultuantes et res nouas molientes: ad fidem et obsequium regium sua opera redegit: atque pacatas et quietas tandem reddidit*

Secundum

1) Hanc fouet sententiam v. c. 10. DAN. HOFFMANNVS de typographiis earumque initiosis et increment. in regno Pol. et magno ducatu Lithuania. Dant. 1740. 4. p. 3. f[ig]g. vbi simul STANISLAI SARNICII, in versione Polonica privilegii de libertate scholasticorum, ab VLADISLAO IAGELLONE a. cl[aus]ecce dati, typographorum (*Craconiae*) iam mentionem facientis grauis soloecismus litterarius merito notatur.

2) Id inde facile patet, quod in amplissima scriptorum Poloniae riorum recensione, quam splendidum opus celissimi Musarum Polonicarum statoris, IOSEPHI ALEXANDRI IABLONOWSKY, 3. R. I. principis, palatini Nouogrodensis, inscriptum: *Museum Polonum*. Leopol. 1752. 4. atque auctius editum Elbingae 1766. 4. tomum scilicet II. IPSIVS Diff. hist. criticæ de origine, progressu, cultura, perfectione denique Litteraturae Slavo-Poloniae, quæ ibid. eod. in 4. prodiit, faciens, exhibet, ne mentio quidem nostræ editionis innecta, neque ea, ut videtur, sollertiaissimo alias riorum Poloniae librorum indagatori, cel. 10. DAN. IANOTZKIO satis cognita. Conf. EIVSDEM Nachricht von denen in der Hoch-Graeflichen ZALVSKISCHEN Bibliothek sich befindenden raren Polnischen Büchern, part. III. p. 109.

Secundum folium cum tertio et quarto exhibet contenta libri primi Statutorum sic concepta, atque typis expressa, prout hic lineae se inuicem excipiunt: <sup>3)</sup>

*Series et numerus Titulorum seu rubrica*

*rum ordine operis se sequentium sequitur*

De constitutionibus et statutis	I	De illo qui accusatur de violentia	XXX
De limitibus terminis et Grenitiebus tam fluuiorum quam hereditatum	II	De illo qui accusatur de furto	XXXI
De eo quod quilibet nobilis in expeditione bellica sub aliquo vexillo se locare tenetur	III	De ciuib[us] vel mercatoribus aliqua ad prestam uenientibus	XXXII
De illis qui conuincuntur in iudicio et temerarie discedunt absque actoris voluntate vel fideiu[er]soria cautione	III	De hijs qui de nobilitate inculpantur	XXXIII
De rapinis et pignoribus	V	De eo qui vulnerat aliquem vitam suam defendendo	XXXIII
De eo quod patre viuente filius proprio sigillo non vtatur	VI	De illo qui accusatur de furto apium et melliflorum	XXXV
De scultetis tam spiritualium quam secularium personarum et ipsorum bellica expeditione	VII	De illo qui inuidit domum alterius manu violenta	XXXVI
De clero sive sacerdote qui possidet bona paterna hereditaria	VIII	De hijs qui in discordia quadam lesos se esse proponunt Et per partem aduersam secus affirmatur	XXXVII
De dominabus et virginibus que citant aliquem aut citantur ab aliquo	IX	An testibus in causis productis obici (obici) possit excommunicatio	XXXVIII
De procuratoribus sive interlocutoribus causarum in iudicio	X	De nominatione testium	XXXIX
De iudicibus (judicibus) cuiuslibet terre	XI	De prescriptione	XXXX
De pallatinis Sandomiriensi et cracoviensi	XII	De illo qui tenet aliquam hereditatem in obligatione	
De celebratione iudiciorum	XIII	De muliere maritata que habet hereditatem ratione dotis	XLII
De iudiciis pertractandis (deest in texta)	XIII	De vidua habente hereditatem ratione dotis	XLIII
Quis modus et ordo sit seruandus in personis vocandas ad iudicium	XV	De illo qui in alterius hereditatem ponit sepes	XLIII
Quibus in locis debent iuditia celebrari	XVI	De tute orphonorum	XLV
Quibus modis ministeriales citare debeant	XVII	De vendita hereditate et media soluta	XLVI
De hijs qui inopinat et ex improisu citantur in curia regis vel ad iudicium euocantur	XVIII	De mutatione tritici vel alicuius rei	XLVII
De iniussa villanorum per ministeriales vexatione	XIX	De memorialis sive pamylabe solutione	XLVIII
De hijs qui cum strepitu et impetu ad iudicium veniunt	XX	De fratribus in bonis paternis diuisis	XLIX
De hijs qui committunt crimen aliquod autoritate et mandato suorum superiorum	XXI	De fure vtrum debatur insequi per vicinos villanos aut non	L
Nullus debet citari nisi per ministeriale excepto vbi fit pro crimine recenti	XXII	De membrorum mutilatione	LI
De illo qui extrahit et procurat contra aliquem citationem sine legitimo actore	XXIII	De illo qui assent se iniuste condemnatum	LII
De illis qui citantur et sunt in remotis partibus	XXI:II	De fratre seniore prescriptionem negligente	LIII
De contumacibus per pignorationes puniendum	XXV	De fratribus unum molendinatorem habentibus	LIII
De pignoratione et modo pignorationis	XXVI	De bonis derelictis post mortem villanorum vel ciuum	LV
De pena que Szeyindzresyab dicitur	XXVII	De equi accommodatione	LVII
De contumacia actoris	XXVIII	De kemetkone sive rustico alium occidente	LVII
De hijs qui pro hereditate aut debitibus citantur	XXIX	De illis qui de homicidio accusantur	LVIII
		De illis qui casu moriuntur	LIX
		De milite qui occidit militem	LX
		De illo qui occidit (occidit) matrem alicui	LXI
		De fratricidio	LXII

( 2 )

3) Abbreviaturas vero seu compendia scribendi hic frequentissima, quam dudum typi haec exprimentes ex officinis nostris typographicis exsulcent, ante oculos hic ponere haud potuimus.

De hijs qui occidunt aliquem vel mutilant	LXIII	De falcastratione vel graminum amputatione alicuius	CII
De vagantibus hinc inde et rapinas committentibus	LXIII	prati	CIII
De vocatione ministerialium ad conspiendum aliquos	LXIV	De vulneratione alicuius in ludo	CIII
occisos	LXV	De fideiussoria cautione	CIII
De hijs qui aliorum semina eorum depascunt peco-	LXVI	De vxore post mariti mortem	CV
ribus	LXVII	De donatione virginum	CVI
De illo qui agit contra aliquem iure teutonico	LXVII	De violatore strate publice	CVII
De iumentis damna inferentibus in frumentis	LXVIII	De alicuius rei inuentione	CVIII
De incendiarijs et exustoribus	LXIX	De inculpatione <i>wladarij</i> per ipsius dominum	CIX
De violenta virgin, et mul. deflorat. ( <i>deest in textu</i> )	LXX	De scultetic emptione	CX
De illis post habentes ius ( <i>ius</i> ) teutonicum cum utun-	LXXI	De diuisione facta coram amicis	CXI
tur polono	LXXI	De furto et latricinio ( <i>latrocinio</i> )	CXII
(in textu haec inscriptio ita emendata legitur: <i>De</i>		De pueris legitima etate parentibus	CXIII
<i>illis qui habentes ius teutonicum suntur polono</i> )		De viduis et maritatis et earum prescriptione	CXIII
De illo qui citatur contra suum priuilegium	LXXXII	De illis qui calumniose de crimine homicidii accusantur	CXV
De villanis inuito domino alio se subiuentibus	LXXXIII		
De pueris annis discretionis parentibus	LXXXIII	De sententia iniqua per iudicem lata (CXVI)	CXI
De illo qui de furto aut alio crimine accusatur qui cum		De eo quod iudex non debet redargui in presentia	
alias bone fame existit	LXXXV	pallatini vel capitanei	CXVII
De eo qui aliena recepit sine domini voluntate	LXXXVI	De pignoribus faciendis et pecoribus pellendis	CXVIII
De morsu canis ex alicuius incitatione	LXXXVII	De illo qui sententiam iudicis redarguit	CXIX
De extincione candele et vulneris incusione	LXXXVIII	De redargutione subiudicis	CXX
De pastore ouium	LXXXIX	De moneta in regno durrente	CXXI
De ludo taxillorum	LXXX	De eo quod milites et nobiles ad expeditionem belli-	
De lusoribus taxillorum	LXXXI	cam sunt obligati	CXXII
De terrigenis ad bellum transeuntibus damna villa-		De prescriptione hereditatum	CXXIII
nis inferentibus	LXXXII	De tutoribus puerorum	CXXIII
De filiis qui moriente matre petunt a patre portionem		De tutoribus orphanorum	CXXV
maternam antequam secundam vxorem ducit	LXXXII	De filia viuente patre dotata	CXXVI
De profugis et furta committentibus	LXXXIII	De vilationibus ( <i>Violationibus</i> ) virginum viduarium	
De vslaris iudeorum	LXXXV	vel maritatarum	CXXVII
De hijs qui in filiis alienis damna faciunt	LXXXVI	De illo qui tribus vicibus de furto fuerit conuictus	CXXVIII
De improportionibus	LXXXVII		
De illis qui nocte alicuius frumenta in campo recipi-	LXXXVIII	De illo qui interfecit iumentum alicuius indomitum	CXXIX
unt			
De villani vulneratione	LXXXIX	De incidentibus silvas vel <i>gaya</i> vel <i>Borras</i> alienas	XXX
De percussionibus militum et nobilium	XC	De iumentis indomitis pascendis sub custodia	CXXXI
De plantatione et insertione pomerij	XCI	De porcis sine <i>scrophis</i> et eorum pascuis silvestribus	CXXXII
De aliqua re violenter recepta	XCI		
De cultura agri alieni	XCII	De illis qui porcos precio ad silvam conducunt	CXXXIII
De receptione boum per violentiam	XCIII		
De feno violenter recepto	XCV	De treugis pacis profugo dandis	CXXXIII
De frumentorum receptione	XCVI	De <i>kemethone</i> a suo domino fugiente	CXXXV
De golotis damna alicui facientibus	XCVII	De mutuatione pecuniarum per iudeos	CXXXVI
De homine paupere diuitem per violentiam	XCVIII	De salariis officialium in iudicio existentium	CXXXVII
		De causis criminalibus in absentia actoris	CXXXVIII
De illo qui sententiam castellani redarguit	XCIX	De citationibus fiendis per litteras et ministerialem	CXXXIX
De filio non emancipato	C		
De villano militi vel nobili plagam inferendo	CI	De debito pecuniario	CXL
		De fideiussoria cautione	CXLI
		De	

De obligationibus	CXLII	De eo qui aliquem coram iudicio vel in iudicio vulnerauerit	CXLIX
De occupato in iudicio qui crimen mandato se fecisse proponit	CXLIII	De eo qui coram regia magestate aliquem vulnerauerit	CL
De donationibus	CXLIV	De violentijs fiendis in pabulorum venditione	CLI
De prescriptione pecorum vel pecudum	CXLV	De eo quod villanus non debet impignorari pro pena	CLII
De relieto vxore post mortem mariti	CXLVI	domini sui	CLII
De furto piscinuarum vel lacuum	CXLVII	De eo quod pater non tenetur ferre iniquitatem filii	
De famulis in contentione dominum iuantibus	CXLVIII	et econuerso	(deß hic Num. CLIII)

Praeter ea in inscriptione libri commemorata atque iam recensita, adiecta sunt plura alia. CASIMIRI enim constitutiones excipit

### Registrum libri secundi.

De transpositione terminorum	I	De causis quas soli capitanei iudicare possunt	XVII
In quibus mulier marito mortuo succedat	II	De notariis terrestribus	XVIII
In quibus vidua succedere possit	III	De iudeis et eorum pecunie accommodacione	XIX
De orphanis	III	De vituperatione vnius nobitis per alium	XX
De pueris matre orbatis habentibus patrem	V	De vituperatione nobili illata a <i>kemethone</i>	XXI
De eo qui filios habuerit superduxeritque secundum vxorem et fillas ( <i>filias</i> ) propagauerit	VI	De libertate alicui per dominum concessa	XXII
De filiabus parentibus fratribus germanis	VII	De sculteto vel <i>kemethone</i> a domino fugiente	XXIII
De tutoribus virginum	VIII	De sculteto inviti aut rebelli	XXIII
De prescriptione possessionum	IX	De siluis et lignis	XXV
De calu rniis in hereditatibus factis	X	De <i>kemethonibus</i> habentibus mellifictia aut apium examina	
De limitibus et terminis fiendis	XI	na in nemoribus alterius domini	XXVI
De venditore hereditatis	XII	De arnopirio et incendio siluarum	XXVII
De reservatione actorum seu libro terrestri	XIII	De venationibus leporum	XXVIII
De terminis particularibus celebrandis	XIII	De venationibus cervorum et onagrorum	XXIX
De memoriali alias <i>pamyathne</i>	XV	De seruis aut ancillis liberis ( <i>illiberis</i> )	XXX
De una questione alias <i>zaloba</i> plures personas attin-	XVI	De fraternitatibus ciuitatum et rebus per pallatinum et capitancum statuendis	XXXI
gente			

Post quem indicem haec leguntur:

Incipit liber secundus Statutorum illustrissimi (illustrissimi) principis et domini nostri vuladislai Regis polonie 2c. per ipsum Et Barones totius regni edita Cracovie et in wartha confirmata. Sub anno domini Millefimo quadragegesimo viceximo tertio

Finis huius libri, more antiquo, sic est indicatus:

Explicit liber Secundus  
statutorum terrestrium

Deinceps statim index contentorum libri tertii Statutorum subsequitur, nulla praemissa inscriptione.

De conservacione Jurium ipsis terrigenis largitorum	I	De limitibus inter bona nobilium et regie magestatis
De obligatione castrorum per Regiam magestatem	II	XX
De stipendio per regem terrigenis exoluendo	III	De tenutarijs honorum regalium in obligatione
De capitaneis ordinandis ( <i>ordinandis</i> )	III	XXI
De dignitatibus conferendis	V	De inscriptionalibus alias <i>nappyne</i> (in textu legitur <i>nappyne</i> )
De iuditione ( <i>indictione</i> ) iuditiorum capitaneorum	V	XXII
De articulis per capitaneos indicandis	VII	De eo quod ciuitates non faciant aliquas inhibitiones ad forum ducendum
De burgrabijs capitaneorum	VIII	XXIII
De ministracione iuris in aduentu regis in aliquem locum	IX	De profugis
Quod nemo bonis suis priuetur nisi iure coniuctus	X	XXIV
De terminis generalibus	XI	De expurgatione infamie
De terminis particularibus	XII	XXV
De dilationibus terminorum	XIII	De expeditione bellica
De memoriali alias <i>pamyatne</i>	XIII	XXVI
De reseruatione actuum fine libri terrestris	XV	De iuribus terrestribus
De controuersijs rixosis vulgariter <i>wspory</i>	XVI	XXVII
De calumniatoribus	XVII	De vulneribus alicui illatis
De pignorationibus	XVIII	XXVIII
De iudeis	XIX	De pactionibus regalibus ( <i>in textu: exactionibus</i> )
		XXIX
		De litteris regalibus iudicare prohibentibus
		XXX
		De theolonatoribus
		XXXI
		De sale terrigenis vendendo
		XXXII
		De vulneratione nobilis per ciuem
		XXXIII
		De ortulano a domino recessente
		XXXIV
		De innovatione et confirmatione iurum antiquorum
		XXXV

*Incipit liber tertius statutorum terrestrium Nyeschewi-  
sum (Nyeschewiensum) per regem polonie kazimirum Secundum et ipsius ba-  
rones confirmatorum*

Hoc libro, veterum formula:

*Explicant statuta  
Nyeschewiensia*

finito, alia sequuntur, quorum haec est inscriptio:

— | *Nincipiunt articuli in conuentione nove ciuitatis  
corczin facti et confirmati per serenissimum prin-  
cipem kazimirum secundum et barones eius*

Vltimus denique totius Statutorum libri articulus sic est conceptus:

— | *Tem si ciuitatenses et oppidani aliquo decreto  
et statuto pallatini contrarios et inobedien-  
tes se exhibuerunt huiusmodi pallatinus habebit fa-  
cultatem renitentem suo statuto et ordinacioni punien-  
dum mutilandum iuxta antiquam consuetudinem.*

Nihil

Nihil enim amplius sequitur, <sup>4)</sup> quamvis ultimi folii primum latus ad dimidium dumtaxat litteras habeat et alterum totum vacet.

Forma libri est, quam vulgo dicimus, octaua. <sup>5)</sup> Constat plagulis VII extraordinariae tamen magnitudinis: quarum quidem quaevis, in primis quatuor foliis, pro seruando ordine, signatura hodie consueta, munita est: neque vero editoris, nec typographi, nec temporis, nec loci, quo prodiit, vlla facta est mentio. <sup>6)</sup> Neque nos annum editionis huius, extremae omnino raritatis, accurate definire valemus. Omnes tamen habet antiquissimorum librorum characteres. Inscriptio nimirum libri, non in fronte, vt iam supra monuimus, est posita, sed in auersa eius parte. Litterae sunt incultae, Gothicis MSCtis eius temporis, in quod artis typographicae origo incidit, quam simillimae. Initiales librorum, titulorum, sectionum, litterae hic neque impressae, neque adscriptae, neque adpictae sunt: quarum etiam typi in libris, statim post typographiam inuentam, publicatis, rarissime cernuntur. <sup>7)</sup> Nec paginæ

4) Commemorat quidem cel. HOFFMANNVS c. I. p. 4. se exemplar huius libri vidisse, cui in fine addita fuerint verba: *Finis Statutorum regni Poloniae emendatissime impressorum.* Verum, quin in nostro desint exemplari, de nostra eaque antiquiori omnino editione cum non loqui, satis patet.

5) HOFFMANNVS c. I. p. 3. formam huius libri esse, quartam adserit: quod vel de suo valebit exemplari, vel de nostra tantum valeret editione, si externam libri, quem diximus formam, solum spectare eamque, ob magnitudinem chartæ, pro qta, ac plagulas octo foliis constantes, tunc pro geminis, quas typographi, quoties ex arte loquuntur, *Dueren* dicunt, habere vellemus.

6) De omissionis huius caussis, prima typographiae aetate, conferendum est SEBAST. IAC. IVNGENDRES in *Disquisi. in notis characteristic. libr. a typographiae incunabulis ad a. MD impressorum*, p. 5.

7) Huius rei caussa est, quod, ante typographiae intentionem, peculiare genus hominum, in litteris initialibus, codicibus manu exaratis elegantissime addendis, posteaque in libris impressis, sic exornandis, esset occupatum, dictumque inde: *Illuminatores.* v. c. 10. DAV. KOEHLERVS in der *Anweisung für reisende Gelehrte*, p. 18. In quibus litteris figuræ saepius vidimus repraesentatas, ad antiquitatum, veterumque rituum intelligentiam, multum facientes. Non hominum modo, sed plantarum etiam, aliquamque rerum effigies dabantur pictæ, auroque condecoratae. Quoties vero codices eiusmodi oculis usurpare licuit, quod in itinere nostro litterario haud raro accidisse, nobis gratulauimus: toties eam veterum valde admirati sumus artem, qua tenues auri lamellas membranis ita imponuerunt, vt vix inde separari queant: super quas deinceps variegatis coloribus pingere consuerunt, quod artificium ccl. BVRC. GÖTTHE. STRVVIIS in *Allis litt. e MSCtis erut. fasc. I. p. 10.* hodie inter res desperitas, vel sicuti restituae, haud tamen in vulgus notas, numerandum, recte, nostro quidem iudicio, censet. Inde ingens MSCtorum, iis temporibus, pretium! At monachi, moniales, scribæ publici, notarii olim dicti, pictores, punctatores eet. ad quadraginta millia hominum, qui in imperio solum Romano, ex librorum descriptionibus atque exornationibus vnebant, inuenta arte typographica, in extremam paupertatem projecti, vel fame perirent, nisi relictus ipsis fuisse a typographis labor aliquis in libris exornandis iisque adpingendis litteris initialibus, vnde alimenta sumerent vitae. Haec maxime probabilis, nobis quidem, moris huius omittendi has litteras videtur esse ratio: quo de satys luculentis loquitur v. c. VVILH. ERNEST. TENTZELIVS in *denen monathl. Vniverredung. a. MDCLXXXII. p. 695.* Die Rubriken der Bücher, ait, sind Capittel samt denen grossen Buchstaben im Anfange derselben, sind mit der Feder binzugeschrieben: welches alles im Anfange der Druckerey zu geschehen pflegte. Nondum enim eo nos adduci passi sumus,

paginae numeris distinctae, nec custodes, seu reclamantes adsumunt, quod iterum ab artis initio non minus negligebatur. Charta editionis nostrae, soliditate atque densitate, chartae ei, quae iam saeculo XVI libris imprimendis plerumque adhibebatur, multum antecedit. Totus liber caret virgulis, quae alias commata, atque CICERONI *ingrata* vocantur, et praeter puncta etcola, distinctionum nihil reperitur. Signa diuisionis non omnino quidem hic exsulant, rarissime tamen sunt adiecta. Litterarum compendiis siue abbreviaturis contra abundat, itemque erratis, ac lacunis.<sup>8)</sup> Orthographia denique, qualis in vetustissimis libris deprehenditur.

Haec omnia nunc satis produnt, hunc librum iam *sac. XV.* excusum esse. Verum paullo propius adhuc editionis tempus potest indicari: siquidem statuta haec CASIMIRI Nyeschewiensia a. cl<sup>o</sup>ccccclmiii sancta, a. cl<sup>o</sup>ccccclxxxxvi ab ALBERTO, rege Poloniae, esse confirmata, iisque alias leges ac regis ALBERTI praeferationem accessisse, testis est ipse supra excitatus HOFFMANNVS:<sup>9)</sup> quae quidem in nostra desunt editione: quod luculentiter declarat, eam ante a. cl<sup>o</sup>ccccclxxxxvi in vulgus exiisse, atque sic IOANNEM DE LASKO, regni Pol. cancellarium, haud dici posse primum statutorum regni Poloniae editorem,<sup>10)</sup> quod et domestici, et exteri scriptores, vno quasi ore, adhuc contenderunt,<sup>11)</sup> quos vero omnes erroris iam sui conuictos esse, spem ingredimur certissimam.

Somus, vt in eorum iremus sententiam, qui sibi persuasum habent, typos initiales, siue capitulares, vt dicunt, longe post typographiae natales, anno demum cl<sup>o</sup>ccccclxxxx esse inuentos: propterea v. c. FRID. CHRIST. LESSERO in der Hist. der Buchdruckerey, p. 128, aliisque visum fuit: quum alia omnia doceat v. c. IO. DAN. SCHOETFLINVS in Vindict. typograph. p. 32. v. alterio, a SCHEFFERO, Moguntiae, a. cl<sup>o</sup>ccccclvii cum capitalibus litteris pulcherrime sculptis et coloribus variegatis, impresso, itemque civili. DYRAMDI Rationali diuinor. officior. quod a. cl<sup>o</sup>ccccclix ex officina FAVSTI ibidem prodiit, et nonnullas etiam litteras capitales, partim rubro, partim coeruleo colore impressas habet. Atque, vel toti fallimur, vel aequi facili, quid? quod facilior negotio typi maiores, (qui quoque, licet rudes, in hoc Constitutionum et Statutorum regni Poloniae libro ostenduntur) quam minores potuerunt fangi: nisi in illis tantum ornatum, quantum litterae initiales in MSCtis habebant codicibus, primis quidem, post inuentam typographiam, typorum artificibus omnino haud facilem desiderassent, aut eas, quas paulo ante diximus causas, in vel plane ad aliquod tempus omittendis, vel rarissime saltemi adhibendis litteris initialibus maioribus, quidam, primos inter, respexit typographi. Alios contra, hac aerata, loco litterae maioris initialis, minorem interim in spatio ad pingendam exornandamque illam satis amplio, vt ita facilior redderetur lectio, posuisse, non minus constat.

8) Falluntur omnino sibi persuadentes, a primis exortae typographiae annis, libros exscriptos fuisse accuratissime: quum ex eorum inspectione pateat contrarium. Atque sic vere scripsit PETR. VICTORIVS Bar. lett. lib. XXVI. cap. II. Non facile dici posse, quam mendose negligenterque libri olim excusi fuerint.

9) c. l. p. 4.

10) Edidit is iussu ALEXANDRI, regis Pol. et cum approbatione ordinum: *Commune incliti Poloniae regni priuilegium constitutionum et induluum publicitus decretorum approbatorumque act.* Cracoviæ ex officina IO. HALLERI 1506: fol. Conf. etiam hic v. c. IO. DAN. IANOTZKY c. l.

11) DAV. BRAVNIVS de scriptorib. Pol. et Prussiæ p. I. LIPENIUS et STRVIVS in bibliothecis iuris.





XVIII-2-581